Vin. alb. veter. ℳj.
Aq. Cichor.
Fontan. ana ℔j.

Stent sine coctione in Cellâ, quotidie mane hauriatur Cyathus unciarum quatuor, aut plurium.

§. 7. Atque hæc sunt, quæ in communi nobis usu existunt: novimus equidem plurima adhuc alia, tam simplicia quàm composita purgantia, & olim & hodie ab his illisve Medicis æstimata ac usurpata fuisse, & adhuc dum usurpari, sed cùm illa passim ab Auctoribus inter obsoleta, vel inusitata numerentur, iis recensendis studio supersedemus.

CAPUT XXXIV.

De Medicamentis Emeticis.

§. 1.

Vomitoria quid proprie sint.

V*Omitoria* sive *Emetica* Remedia sunt, quæ quicquid intra Ventriculi capacitatem hæret, per œsophagum & os expurgant. Ut adeo indicans signum talis medicamenti non aliud quid sit, quàm saburra vitiosorum humorum & cruditatum in ventriculo hærens, inibique varia incommoda plus minus molesta producens, quam non alio credimus elui posse modo, nisi per vomitum arte procuratum. Notant enim quotidie Practici, usque adeo viscidas subinde in stomacho comprehendi & stabulari cruditates, ut Remedio purganti per inferiora minimè obediant, nisi prius aliis in usum vocatis remediis sensim incisæ & præparatæ fuerint. Jam verò Morbi vis maxima sæpissimè tantam non permittit temporis moram, sed citum exposcit auxilium, antequam firmas radices agat, & vel immedicabilis planè, vel tardius superabilis

bilis evadat. In hoc itaque casu, præsentibus signis indicantibus, tutius omninò vomitorium præscribitur in principio, quàm in progressu Morbi.

Eorum modus agendi.

§. 2. *Modus*, quo *Emetica* agunt, ab omnibus in genere sic explicatur, quòd nimirum illa circulares Oesophagi & Ventriculi fibras musculosas, acribus suis particulis irritando, ad violentam & convulsivam contractionem stimulent, sicque efficiant, ut stomachus è plicis suis viscidum mucum excutiat, ac per Gulam expellat. Certum hoc est, in *Emeticis* omnibus tales hærere particulas, quæ acrimoniâ suâ, sive salino-acidâ, sive etiam sulphureo-resinosâ aut metallicâ, sese per Ventriculi mucum in fibrillas nerveas insinuando, ibidem sive punctionis, sive rosionis molesto effectu, Spiritus animales in motum impetuosiorem suscitant, sicque eorum copiosiorem affluxum alliciunt, Spiritibus verò his copiosius & impetuosius influentibus fibræ musculares statim contrahuntur, ac ita fundum Ventriculi versus Oesophagum protrudendo, quicquid inest in eundem propellunt; Oesophagus autem propter similem fibrarum suarum motum inversum, acceptas modò Cruditates ulterius per gulam exspuit. Ab eadem tamen irritatione, simul Nervi diaphragmatici ac musculorum Abdominis in consensum tracti, per suam contractionem spasmodicam ventriculi fundum premendo vomitum maximè promovent.

Emetica aliquando simul purgant.

§. 3. Hoc verò simul notandum venit, Emeticorum assumtorum Salia quandocunque ad Intestina pervenerunt, ibidem quoque suam vim exercendo, ad excretionem per alvum stimulare, tantoque id magis, quando Remedio vomitorio adjunctum est *Sal quoddam præcipitans*, v. gr. *Absynthii, Cardui benedicti, Centaurii minor. Sal Anglic.*

Sal

Sal polychreſtum, *Tartarus vitriolatus*, *Cremor Tartari*, & id genus. Hæc enim majori doſi ſociata vim Emetici adeo præcipitant, ut vomitoriâ ſuâ vi penitus deſtitutum nonniſi per alvum purget. Quòd aliàs quoque contingit, quando Cruditates nonnullæ Stomachi Emeticum omne in ſeſe abſorptum ad Inteſtina rapiunt. Ut adeo Emetica frequenter ſimul per vomitum & alvum, non ſine cruciatibus & moleſtiis crudos humores expellant.

§. 4. Quod Vomitoriorum *Materiam* attinet, eam partim in ſale nonnihil *corroſivo*, partim etiam in *ſulphureo acriori*, partim in utroque ſimul conſiſtere plerique docent Medici. Noſtrâ verò ſententiâ merum ſal plus minus acre exiſtit, quod effectum vomendi in ſtomacho producit; Quicquid enim acrimoniæ in Sulphuribus hæret emeticis, unicè à Sale acri permixto arceſſendum eſſe arbitramur. Neque nos movet objectio, quam nonnulli afferunt dicendo, vel eapropter ſulphureis particulis adſcribendam eſſe vim emeticam, v. gr. in Antimonio, quòd *ſpirituoſo-ſulphureo* humore magis, quàm aqueo virtus talis ex Antimonio extrahatur; jam verò, ſi in ſale vis illa conſiſteret, omninò illam etiam ab aqueis humoribus ſolvi & educi debere, quod autem experientiæ repugnet: Plures etiam dari Reſinas, quæ non aquoſis, ſed ſulphureis liquoribus potentius ſolvantur, in quibus tamen Sal aliquod, idque acido-occultum hærere, Chymica analyſis demonſtrat. Ad hæc itaque reſpondemus, talem cum ſulphureis menſtruis inſtitutam emeticæ virtutis extractionem nondum evincere ſive probare, emeticam vim etiam à ſulphureis particulis dependere; quoniam ſalia emetica in nonnullis ſubjectis ita ſunt cum ſulphureis particulis combinata, ut in apricum non pro-

Eorum materia.

prodeant, nisi sulphureæ illæ prius solutæ à liquore affuso sulphureo fuerint. Præterea liquores illi sulphurei, cum quibus vim emeticam extrahimus, etiam salinas in sese particulas interdum continent. Ipsum proin Antimonium, etiamsi suâ salia vomitoria Aquæ affusæ non exhibeat, sed potius sulphureo vinoso liquori, attamen occultum intra se fovere sal emeticum neutiquam dubitamus, illud verò in apricum tum demum producitur, quando particulæ sulphureæ nonnihil à se invicem reclusæ aut separatæ fuerunt. Imò si particulæ sulphureæ in Antimonio existerent vomitum producentes, nulla ratio dari posset, cur Vitrum Antimonii, aut *Poculum Antimoniatum*, post tot liquoris sulphurei affusiones in suâ substantiâ & pondere non diminueretur? Sic enim videri deberet, plures particulas Antimonii ab affuso menstruo solvi & abscedere debere, cum paulatina ipsius Antimonii substantiæ diminutione: Quòd si autem Salibus attribuimus eam vim, facilè possumus dicere, ab affuso humore poros Antimonii ita aperiri, ut salino volatiles emeticæ particulæ inde egrediantur, & liquori permisceantur, in loca autem abscedentium particularum vel ex Vino, vel ex aëre ipso novas succedere particulas, quæ postmodum per figuræ fortè imitationem vim quoque emeticam inducant; Quod vel inde demonstratur, quoniam v. gr. *Antimonium diaphoreticum*, licet optimè præparatum, si diutius aëri, inprimis humido, sit expositum, ex ipso vim emeticam iterum contrahat. Formulæ Emeticorum è diversâ materiâ sequentes inservire possunt:

℞. *Syr. emetic. Ang. Sal.* ʒiij. *ad* ℥vj.
Aq. Cichor. Borrag. ana ʒij.
Cinam. buglossat. ʒj.

M. ad

M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Aq. bened. Ruland.* ℥ß. *ad* ℥j.
Scolopendr. ℥ß.
Cinam. cydoniat. ʒij.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Vitr. Antimon. aut*
Croc. Metallor. gr. xv. *ad.* ʒß. *vel*
Globulum Reguli Antimonii.

Affunde Vin. alb. ℥ij. *stent per* xij. *horas in loco tepido, postmodum filtratus liquor pro dosi exhibeatur.*

Vel ℞. *Rad. Asar.* ʒiij.
Apii ʒj.
Semin. Anis.
Crem. Tartar. ana ℈ij.
Incis. & contus. affunde
Aq. Cichor. Succisæ vel
Taraxaci q. s.

Stent per noctem in loco tepido, postridie mane bulliant parum super ignem lenem, Colaturæ ℥iij. *adde*

Julep. rosac. ʒiij.
Aq. Cinam. buglossat. ʒij.
M. f. Potio d. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Succ. Cortic. med. Samb. rec. expr.*
& filtrat. ℥j. *ad* ℥iß.
Aqu. fl. Acac. ℥ß,
Fœnicul.
Cinam. buglossat. ana ʒij.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Aq. Hord. mulf. aut*
Ser. Lact. vaccin. ℥iij.
Aq. Cinam. spirituos. ʒj.
Elect. diasar. Fernel. ʒij. *ad* ʒiij.
M. F. Potio pro dosi.

Vel

Vel ℞. *Succ. Raphan. hort. rec. expr.* ℥ij. *ad* iij.
Aq. cardiac. officin. ℥j.
M. ad Vitr. pro dosi.

Rustici fructulum *Tabaci* aliquot horas aut per noctem *Vino* infundere, infusumque hoc postridie mane haurire solent, quod proficuum ipsis, sed Delicatioribus violentum est remedium.

℞. *Crem. Tartari gr.* xv. *ad* ℈j.
Tartari emetic. Dan. Lud. gr. iß. *ad* ij.
M. F. Pulv. pro dosi.

Vel ℞. *Crem. Tartar. gr.* xv.
Salis Absinth.
Tartari vitriol. ana gr. iij.
Tart. emetic. Mynſ. gr. iiiß. *ad* iiij.
M. F. Pulv. pro dosi.

Vel ℞. *Rad. tener. Asar.* ʒß.
Crem. Tart. gr. vj. *ad* ℈ß.
Ol. destill. Fœnic. gtt. j.
M. F. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Salis Vitriol. vomitiv.* ʒß. *ad* ʒj.
Pulverisatum detur pro dosi.

Vel ℞. *Gumm. Gutt. gr.* vij. *ad* ix.
Cremor. Tartar. ℈ß.
Salis Card. bened. gr. iiij.
Ol. destill. Macis gtt. j.
M. F. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Crem. Tartar.* ℈j.
Salis Cent. min. gr. v.
Mercur. Vit. correct. gr. iij. *ad* iiij.
Ol. destill. Anis. gtt. j.
M. F. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Extract. specif. emetic. Mynſ.* ℈j.
ad gr. xxv.
Ol. destill. Fœnic. gtt. ij.
M. F. l. a. Pil. num. xiij. *inauratæ dentur* pro dosi.

Vel

Vel ℞. *Extract. Absynth.*
Cent. min. ana gr. iiij.
Cremor. Tartari gr. iij.
Tartari emetic. gr. iß. *ad* ij.
Ol. Nucist. destill. gtt. j.
M. F. l. a. Pil. num. vij. *dentur inauratæ pro dosi.*

Vel ℞. *Aq. destill. flor. Acac.* ℥vj.
Sacch. cand. rubr. ℥j.
Coque ad evaporationem mediæ partis Aquæ, residuum dein hauriatur pro dosi.

Vel ℞. *Radic. Ipecacuanhæ* ℈j. *ad* ʒß.
Pulveris. & sumatur pro dosi.

Vel ℞. *Rad. Ipecac.* ℈j.
Tartar. vitriol. ℈ß. *emet. gr.* j.
Misc. f. Pulv. subtil. pro dosi matutinâ.

Vel ℞. *Extract. Betonic. gr.* vj.
Croc. gr. ij.
Flor. Antimonii gr. iiß.
Ol. destill. Fœnic. gtt. ij.
M. F. Pil. num. viij. *inauratæ dentur pro dosi.*

Vel ℞. *Extr. Gentian.*
Gummi Gutt. ana gr. v.
Crem. Tartar. gr. iiij.
Turbith. mineral. gr. j.
Ol. destill. Succin.
Menth. ana gtt. j.
M. F. l. a. Pil. num. ix. *inauratæ dentur pro dosi.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor. gr.* vj.
Mercurii dulc. opt. gr. xv.
Sulph. aurati Antimonii gr. iß. *ad* ij.
Ol. destillat. Anis. gtt. j.
M. F. Pulv. pro dosi.

Vel ℞. *Vin. malvat.*

Ol. Amygdal. dulc. aut
Lin. ana ℥ij. *vel* iiß.
M. ad Vitr. pro dosi.

Atque hæc sunt usitatoria, apud nos saltem, emetica, cum modo ea præscribendi. Quæ autem reliqua sunt de Emeticis dicenda, ea fusius apud Autores reperiuntur.

Cautela in præscribendis emeticis.

§. 6. Heic tamen breviter annotandæ veniunt regulæ in Emeticorum præscriptione unicuique Practico Medico circumspectè observandæ; nimirum 1. Gibbosis & ad Phthisin inclinantibus, ut & valdè Asthmaticis, Emetica non convenire, aut saltem maximâ cum cautelâ iisdem esse ordinanda: 2. In Febribus continuis & acutis tutius longè Vomitoria exhiberi primis statim diebus, quàm in progressu Morbi, ubi vires jam magnam partem sunt dissolutæ: 3. Vomitoria Hystericis, aut ad Convulsiones proclivibus Fœminis vel planè non esse exhibenda, vel circumspectius ordinanda: Ita etiam 4. Gravidis Emetica propinata facilè abortum conciliant: 5. Delicatiores naturæ, in quibus fibrarum stomachi nervearum tonus non ita firmus existit, & quorum musculi aliâs laxiores aut molliores observantur, Emetica *fortiora* planè non, *mitiora* verò difficulter ferunt; quorum musculi autem & fibræ sunt firmiores, quique adeo complexionis robustæ hinc existunt, Remedia istiusmodi cum fructu usurpare observati sunt.

CAPUT XXXV.

De Venenis eorumq. Antidotis, atque hinc Bezoardicis Medicamentis.

§. 1.

Classes rerum corpus nostrum afficientium.

Quæcunque Machinam corporis nostri aliquo modo afficere observata hactenus sunt, ad tres referre